Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

turpe est · Sed uirtus uero q̃ sequit
caritas minime repudienda est ..
Sed sepe redeo ad Sapionem · cuius
omnis sermo erat de amicitia · que
rebatur q; in omnibus rebus homi
nes diligentiores essent q; in amici
tia capras oues · quot quisq; habe
ret dicere posset · & amicos quot
haberet dicere non posset · & in
illis quidem parandis adhibe
re curam in amicis deligendis
negligentes esse · Nec habere quasi
signa quedam et notas quibus eos
qui ad amicitiam ydonei essent
iudicarent .. Sunt igitur firmi sta
biles eligendi · cuius generis est penu
ria magna · & iudicare difficile
est sane nisi expertum · experien
dum est autem in ipsa amicitia
& ita precurrit amicitia iudicium
tollitq; experiendi potestatem ·
Est igitur prudentis sustinere ut